e-codices

ecclesie non potest dare alteri quia hoc est soli principi aut episcopo non de constitutionibus c. Cum in ecclesiarum.

Item Quod legatus seu nuncius habens potestatem a sede apostolica beneficia qualitercumque vacantia et indebite occupata conferendi non potest beneficia generaliter reservata conferre quia per constitutionem extravagantem vel alio modo quia in eius generali mandato non veniunt ut de offi. vica. c. fi. li. vi. facit c. pius de preben. c. li. et c. dudum e. ti. li. vi. in illis enim potestatibus non veniunt generaliter reservata. dominus Robertus contra obtinuit generale consilium. et quia consultatione principis in sui preiudicium est latissime interpretanda de re. sig. c. olim de donat. c. Cum dilectus et de ac. iure c. decet cum si. qui tamen relationes suas in eadem causa mutavit et in p[illegible] conclusionem consensit et vide supra conclusionem tam Cxxiij.

Item Actore nichil probante fuit reus ab impeditione actoris licet nullam petitionem dederit potest et debet absolvi quod quia actore non probante de iure ius c. fi. et quia trahendo reum in causam fuit impetiit molestavit et impedivit et ideo potest et debet actori etiam super huius molestatione et impedimento perpetuum silentium imponi non super re de qua agitur de causa pos. tamen etiam de re iudicata c. bertholdus et de relig. do. constitutio dicebat etiam quod decretum et prohibitio c. ij. de preben. li. vj. locum habet in omnibus reservatis generalibus et quod ibi dicitur de beneficiis in curia vacantibus posuit gratia exempli. et non alias preterea quia papa vult quod nuncij vel legati sui possint etiam de beneficio reservato providere id in concessione solet exprimere quod nisi illud exprimat denegari videtur de dicto ad audientiam. Preterea in constitutione extravagante etiam ponit prohibitio eadem tamen decreto quod m. c. ij. de preben. li. vj. supra allegato et de probat. licet Cxxiiij.

Item Cum procurator semel unum substituat et iterato alium postea simpliciter et sine revocatione primi substituat primum revocare censetur etiam si in prima substitutione protestatus fuit expresse quod per alium constitutorum et quia aliud est comparere et aliud revocare vel substituere diverse enim species sunt et sic faciendo unum non censetur facere reliquum pro qua opinione allegatur l. i. [illegible] c. si quis tamen ff. de pr. et c. non immiste e. ti. et non per [illegible] et archi. in c. Sedulo in pri. et c. licet li. vj. Cxxv.

Item Quod procurator substitutus qui lite est contestata potest alium substituere non vigore mandati Sed quia dominus factus est litis ar. c. i. de pr. et c. 18 qui tamen ibi non li. vj. Cxxvj.

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 718, p. 94 – Guilelmus Horborch: Decisiones novae Rotae (http://www.e-codices.ch/it/csg/0718/94)